UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Pacis incitamenta sunt. iiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Pacis incitamenta ſunt quatuor.

PRimum eſt ſcriptura. Rom.quę pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt in inuicem cuſtodiamus. Idem .12. Si fieri poteſt quòd ex uobis eſt cum omnibus pacem habentes. Ephe. Solliciti ſerua te unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Secundum, fuerunt angeli; Luc. Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Tertium, Chriſtus; Matt. Intrantes domum ſalutate eam dicentes pax huic domui. Et Io. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Quartum eſt, quia homini multum prodeſt. Vide in ſequenti capitulo.

Rom 14
Rom.12
Ephe.4.
Luc.2.
Mat. 10
Io. 13.

Pacis bona ſunt quatuor.

PRimum eſt, quia qui habet pacem, omnia bona habet. Vnde ſuper Iſrael dixit Gloſſa. Vno uerbo omnia bona dicit, quia uerò pacem non habet infelix eſt. Pſal. contritio & infelicitas in uiis eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Secundum eſt, quia Deus habitat in quo eſt

Pſa. 13

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN